

et additamentis, quae ex alio codice fluxisse patet, instructum. Ultima ejus verba sunt: doctorum hominum amantissimus (Büsch. p. 108). Hinc usque ad fol. 72 v. est nova pars, impressam illam continuans, ab eadem manu scripta quae hanc, ut diximus, emendavit et auxit. Certe gallicam esse constat. Desinit haec pars in verbis: viamque illis veritatis ostenderunt (Büsch. p. 166). Hinc iterum conspicitur manus posterior duarum illarum quibus libri initium debetur, usque ad finem. — Latieri interiori pegmatis inscriptum est nomen: Frederik Rostgaard; sed ex iis quae Seebischii manu in margine notata sunt (fol. 1 r. ad titulum: Titulus hic Dni Gallandii manu adscriptus fuit; — ibid. ad vocem Muhammed, quae capiti primo praefixa est: Pag. 3 in exemplari impresso quod mecum communicavit Dnus A. Gallandius; — it. f. 62 v. ubi exit historia familiae albarum ovium (Büsch. p. 144): Hic in exemplari edito sequebatur Pars quarta, sed post dimidiā paginam finiebat in verbis: *ostenderunt, et quidem discipulorum qui* (Büsch. p. 166)', et incipiebat cum novo paginarum numero Appendix ad Hist. Mogolum, Cap. VI; — it. f. 72 v. ubi deficit Gallandii, quae videtur esse, manus: Hic incipiunt quae Gallandius interpretatus est ex Codice Thevenotii, et quae in Gaulmini codice defuerunt, et quae nunquam impressa fuerunt) — item e multis emendationibus quae Seebischius praecipue in primis foliis adjecit, item e numeris paginarum exemplaris impressi, ab illo in margine adscriptis (Pag. 3 — 80 impr. = Fol. 1 — 62 v. manuscr.) usque ad finem familiae albarum ovium, et hinc novo numerorum ordine (Pag. 1 — 12 impr. = Fol. 62 v. — 72 v. manuscr.) usque ad eum locum ubi, e Seebischii nota, incipiunt ea quae nunquam impressa fuerunt: ex his omnibus, inquam, intelligi videtur, Codicem, qualis est, Seebischii nostri industriae ejusque cum Galladio (forsan dum Parisiis erat) qualicunque commercio deberi.

No. 364. Cod. arabico - ture. mutilus, foll. 15, fol.,
char. nestha'liq scriptus, continens particulam

Lexici Djauhariani a *Mu^chammed Ibn-Mustafa El-Wānī*, qui vulgo *Wān-qūli* dicitur, turcice versi. Sunt primum quatuor folia e litera *jā*, quae inter se non cohaerent; hinc undecim e litera *lām*, ordine continuo a voce *el-i^chdjāl* usque ad *et-thesādjol*, cuius explicatio tantum inchoata est.

No. 365. Cod. arabico-turc. foll. 289, fol., char.
neschi scriptus, continens maximam partem
eiusdem Lexici. Initium faciunt post brevem
ingressionem prolegomena grammatica, quae f.
1 v. — **3 r.** duobus capitibus de formis Aori-
storum, Nominum actionis et Pluralium arabi-
corum exponunt; hinc sequitur Lexicon ipsum
usque ad vocem *qa'qa'ah* e litera *'ain*, in cu-
jus media interpretatione abrumpitur f. 249;
folium proximum est fragmentum e media litera
qâf decerptum et insuper lacerum, fol. 251
autem ex initio literae *kâf*, unde folia iterum
ex ordine procedunt usque ad ultimum, in quo
extremo inchoata est explicatio vocis *el-mo'ad-*
dal, e litera *lâm*. In marginibus radices, quo
voces iis subjectae facilius inveniantur, minio
notatae sunt, ipsaeque voces quae explicantur,
lineola rubra a ceteris distinctae. Ad calcem
adjecta sunt duo folia editionis Constantinopo-
litanae, quorum alterum est e litera *ğâ*, alte-
ruin e litera *djîm*. Ex eo quod in utroque una
tantum pagina impressa est, atque ex emenda-
tionibus in margine notatis, intelligitur, haec
folia esse impressionis pericula a correctore tra-
sagittata. Codex repertus est, ut nonnulli alii
nostrorum, in castris turcicis ante Vindobonam
A. Chr. 1683 expugnatis.

— 366. Cod. arabico-turc. foll. 183, fol., char.
neschi scriptus: Lexicon arabico-turcicum,
quod prorsus ordinem alphabeticum, nulla pri-
mae radicalis ratione habita, sequitur, in quo
vocibus arabicis tractu obliquo et literis minori-
bus subjectae sunt interpretationes turcicae.
Arabica vocalibus instructa sunt, turcica non.
In praefatione arabice scripta auctor, postquam
linguam arabicam descendam commendavit, di-
cit se in usum amici alicujus hoc volumine
voces scitu maxime necessarias complexum esse